

Synopsis

Ufus fructus potest hypothecari, si verò consolidetur, expirat hypotheca, nisi dominus consentisset. 893. & seq.

Oppignorato prædio, servitutes quoque sunt oppignorate & hypothecatae. 895. & seq. ubi plura de servitutibus hypotheca, quæ vide verbo. *Pignus*.

Feuda non possunt hypothecæ subijci à Vasallo. 899

Emptor feudi non habens paratam solutionem, non potest feudum oppignorare aut hypothecæ subijcere, nisi facultas vendendi in favorem Vasalli concessa esset, aut oppignoratio cederet in commodum domini. 901

Si dominus directus dedit consensum in hypothecam, sed cum restrictione ad certum tempus, elapso tempore expirat hypotheca, etiam durante feudo, quia habet tacitè adjectam clausulam cassatoriam. 902

Hypothecato prædio non censetur hypothecatum sus Patronatus annexum, nisi haberet annexos aliquos speciales redditus, tunc enim hoc jus esset hypothecaturæ. 903

Hypotheca in diem constituta, habet prioritatem respectu posterioris absolute constitutæ ante adventum diei, dummodo pecunia mutua prius numerata sit. 914

De Hypothecariorum creditorum ordine prioritatis, vide: *Pignus*.

Hypotheca generalis uni facta, non impedit, quin & alteri fiat: imò etiam cum speciali hypotheca alteri facta consistit etiam in scio priore. 920

Si eadem res sufficiens est pro duorum debitis exsolvendis, potest hypothecæ speciali duobus obligari, illis inconfutis. 921

Si non sufficiat, priore creditore consentiente, & posteriore etiam consensio, adhuc potest utriusque obligari. 922

Si creditor consentit in certam aliquam personam, censendus est sibi quoad illam personam duntaxat præjudicare voluisse, si scivit non sufficere pro utroque debito, adeoque amittit prælationem respectu hujus solius: si generaliter permisit, respectu omnium postea constitutorum hypothecariorum amittit. 923

Si debitor eandem rem insufficientem duobus creditoribus in scio obliget, habet secundus creditor actionem hypothecariam personalem, ut alia res sufficiens obligetur, & agere potest de crimine stellationis. 924



*Hypotheca Tacita seu Legales.*

Fiscus habet tacitam hypothecam in omnium suorum debitorum bonis omnibus, præsentibus & futuris. 972

Pupilli & Minores habent tacitam hypothecam in bonis suorum Tutorum, Curatorum. Item in bonis matris ut tutricis, & in bonis virrici, si mater nupserit, priusquam liberis tutorem petierit, aut reliqua persolverit. 973

Filiusfamilias habet eandem in bonis patris ratione administrationis adventitiorum maternorum, & usum fructum. 974

Ecclesia eandem habet in bonis administratorum. Maritus pro dote sibi promissa eandem habet in bonis illius qui dorem promissit, ut dos solvatur, & si quid evincatur, ad interesse. 974

Vxor habet eandem in bonis mariti cum jure prælationis: de quo alibi. 975

Idem dicendum de augmento dotis postea superaddito. 976

Idem dicendum de bonis paraphernalibus, si à marito administrantur. 977

Mulier habet eandem ob contradotem, sed non cum jure prælationis. 978

In re alteri empta ex pecunia pupilli, habet pupillus ratione pretii nondum soluti hypothecam specialem tacitam, ita privilegiatam, ut in tali re præferatur omnibus anterioribus hypothecariis, etiam expressam hypothecam habentibus. 979

Locatori sunt obligati fructus prædii locati, item res illatz in prædium urbanum ab Inquilino. 980

Legatarii & Fideicommissarii habent tacitam hypothecam in bonis testatoris. 980

Non extenditur tamen ad res alteri legatas, sed eas solum quæ apud heredem manent. 981

Potest testator hanc hypothecam in testamento remittere. 982

Credens pecuniam ad reparacionem ædificii, habet in eodem ædificio tacitam hypothecam. 982

Non extendenda tamen est ad eum, qui credit ad aliquam rem emendam aut de novo ædificandam. Facilius extenderetur ad eum, qui ad conservandam domum vel aliam rem jam ante oppignoratam, alteri crederet pecuniam. 983

Cui

Alphabetica.

I.

*Indebiti Condictio.*

**C**vi aliquid indebitum solum est, tenetur restituere ex Quali contractu, qui in pluribus differt à mutuo. 1149

Quando Indebitum solvitur in re fungibili, vocatur *Promissum*. 1150

Ex hoc quasi Contractu datur Condictio Indebiti quæ etiam competit ei, qui dubitat, an debeat, & solvit reverà indebitum. 1152

De rigore iuris non conceditur repetitio indebiti soluti per ignorantiam iuris, bene tamen ex æquitate, quæ tamen æquitas ab ipso iure agnita sit. 1154

Cessat hæc actio 1. quando ex causa Jurisjurandi solum est. 2. Si sine dolo fuerit transactum. 3. Quod ex causa judicati solum est. 4. Solvens ex causa dubia, tali, ex qua gravius damnaretur, si convinceretur. 5. Si solum est ex causa pietatis credita. 1157

Competit etiam solventi debitum sub conditione ante eventum conditionis contingens. 1158

Interusurium repeti potest ex æquitate, si condicio est certò eventura. 1159

Competit actio etiam illi, qui dolo inductus ad contrahendum debitum, illud deinde solvit. 1160

Qui absolutus in iudicio agnoscit se fuisse debitorem, & solvit, non habet jus repetendi tanquam indebitum. 1161

Qui per errorem solvit quod aliis debet, putans se debere, potest solum repetere. 1162

Qui solvit copulativè, quod solum debebat alternativè seu disjunctivè, habet in repetitione electionem, sicut habuisset in solutione. 1163

Datur hæc actio hæredi & contra hæredes. 1164

Si procurator indebitum solvit, vel accipit, domino & adversus dominum competit, si ratum habuit, secus, convenit procuratori & contra eundem. 1165

Si res indebita soluta non amplius exstet, petitur æstimatio, in quantum alter locupletior factus est. 1166

Fructus merè industriales non sunt restituendi. 904

Si duo correi ambo solvant totum, neglecto beneficio divisionis, tunc si simul solverant, singuli possunt repetere solum indebitum, si successivè, solus posterior. 1167

Potest huic actioni à solvente validè renunciari. 1168

Solvens in debitum per errorem transfert dominium. 1170

Christ. Hann. de Just. Tom. IV.

*Inquisitores.*

Inquisitorum officium non expirat morte Pontificis. 711

*Jus Gentium.*

Dupliciter sumitur. 1. Primævum est, quod cum ipso genere humano ortum est, ex ipso natura lumine omnibus in situm, ut Pietas erga parentes, &c. 2. Est Secundarium, quod naturalis ratio per varias experientias constituit adhibito discursu. quo sensu *Jus* monetæ, & Contractus Emptionis dicitur esse *Jus gentium*. 3

L.

*Legatus.*

Legati à latere officium non expirat morte Pontificis. 712

*Liber homo.*

Quomodo possit oppignorari, vide *Pignus*.

*Locatio Conductio.*

Est Contractus *Juris gentium*, nominatus, bonæ fidei, solo consensu initus, de rei alicujus usu vel fructu, vel operis hominis, pro mercede certa consensum definita, alteri ab altero concedendis. 431

Differt ab Emphyteusi sufficienter per hoc, quod canon in Emphyteusi non habeat rationem mercedis. 432

Si determinatio mercis conjecta in tertium ab hoc determinetur, erit Locatio, sin minus, non erit. 433

Non resolvitur, etiam si merces à locatore, postquam solum constituta est, remittatur. 434

Quando res fungibilis locatur, ut in ea aliquid fiat, duo contractus interveniunt, Locationis quidem, quia v. g. aurifaber locat operam pro mercede, & mutui, quia transferretur dominium auri. 435

Quando res aliqua ad utrum locatur v. g. domus, qui mercedem accipit dicitur Locator, qui dat, Conductor, quando subministratur ab aliquo materia laboranda, volunt aliquem esse locatorem, etiam si mercedem solvat. Sed magis placet universim eum vocari conductorem, qui solvit mercedem. 437

Probabilius est, mercedem posse esse in quacunque

C c c

Alphabetica.

que materia fungibili, pondere, numero & mensura consistente. 438 & seqq.  
 Quando quis pro pretio obligat se ad opus ex sua materia concipiendum, non est Locatio, sed emptio. 416  
 Sicut in contractu emptionis, ita & locationis ille preferendus est, cui post contractum celebratum res locata est tradita. 447  
 Quodsi priori conductoris res tradita esset traditione fidei, & posteriori traditione reali, prior esset preferendus. 449  
 Locatio ad longum tempus transfert dominium utile, & transit in contractum Emphyteusis. 450. & seqq.  
 Conducere fundam colendum prohibentur milites. 457  
 Conductor potest rem conductam ad breve tempus alteri quidem idoneo locare. 458  
 Non obligatur quidem secundus conductor, aliquid actione personalis, cum inter illos nihil sit actum, quae tamen secundus conductor intulit in domum locatam, manent tacite oppignorata domino pro pensione solvenda, quodsi secundus conductor solvisset primo conductori & respectivo locatori, est ab omnibus liberatus, etiam si ante tempus solvisset. 459  
 Secundus conductor non potest expelli ob negligentiam primi conductoris in solvendo, si ipse solvit. 460  
 Sicut res aliena vendi potest, ita & locari. 461  
 Servitutes reales non possunt locari, nec a domino fundi dominantis, nec a domino fundi servientis. Qui habet praesens Servitutem usum, eam alteri locare non potest: Usus fructus vero & habitatio possunt locari, ita tamen ut contractus finiatur finita servitute, quia resolutio jure dantis resolvitur jus accipientis. 462  
 Jus Vestigialis & Pedagii, etsi reale, locari potest, quia principaliter spectat commodum personae. eod.  
 Feudum & Majoratus possunt ad modicum tempus locari. 463  
 Possunt etiam locari operae diurnae, menstruae, annuae. eod.  
 Extra necessitatem, quo quam possunt Nobiles suis subditis imponere subsidium charitativum, non possunt Nobiles locare operas suorum rusticorum. 464  
 Res fungibiles locari non possunt, nisi forte ad pompam & ostentationem. 465  
 Non valet locatio, qua tibi loco rem tuam putans esse meam. Valet tamen conductio rei suae si subisset clausula *constitui*, quatenus transferretur in locatorem dominium. 466  
 Si quis rei suae possessionem conduxisset, & jus proprietatis esset controversum, finita locatione teneretur eam restituere, & tunc

de proprietate litigare, secus si jus esset liquidum. 467  
 Quomodo res Ecclesiastica non nisi ad triennium locari possint, videndum est in tract. 4. tom. 1. n. 100.  
 Tam Locatoris quam Conductoris haeres debent contractui facto ab antecessore insistere. nec expirat morte locantis, aut conducentis, nisi factus sit cum clausula. *Quamdiu voluero*: vel nisi sit de facto aliquo, quod ab haerede praestari non potest. 469  
 Qui emit rem locatam ab homine privato, non a fisco, potest conductorem expellere; qui tamen ager contra locatorem ad interesse. Idem potest, qui acquirit rei locatae dominium utile. Non tamen si per locationem ad longum tempus ipse conductor acquisivisset utile dominium, vel aliud jus reale, v. g. pignoris. 470 & seqq.  
 Quamvis emptor vellet locationem continuare, non teneretur tamen conductor continuare, sed potest desistere eodem jure, quo emptor posset expellere. 471  
 Quando Fisco cedunt bona confiscata locatoris, tunc nec fiscus tenetur continuare contractum, nec locator tenetur ad interesse conductori. 474  
 Si tamen Fiscus succedit ut haeres, tenetur ut alii haeres. eod.  
 Fidei commissarius non tenetur stare contractui locationis factae ab haerede gravato restitueret. 475  
 Si Locator decepit conductorem incertum gravaminis fidei commissi, tenebitur haeres gravatus ad interesse conductori. Secus si fecerit contractum non posse ulterius extendi ad fidei commissarium; quo tamen casu poterit repetere mercedem, si quam solvit. 476  
 Tenetur Minorennis stare Contractui facto a suo tutore qua tali. 477  
 Re dotali a Marito locata, soluto matrimonio tenetur Uxor stare contractui, sicut dictum de minore. 478 & seqq.  
 Idem dicendum de Successore Beneficario. eod.  
 Quoad tempus solvendae mercedis, consuetudo, vel pacta observanda sunt, alioquin praesumuntur contrahentes voluisse integram solvi ad finem anni. Quodsi locatio ad plures annos facta est, censentur tunc esse locationes, quot anni in pactum deducti. 483  
 Si merces solvenda est ex fructibus, non est solvenda antequam fructus sint collecti. 484  
 Si possit conductor ostendere, se tribus continuis annis solvisse, tribus distinctis solutionibus, uno quoque anno factis, praesumptio stat pro conductore, quod etiam prioribus annis solverit, nisi contraria probatione elidatur. 485

Ex

Synopsis

Ex libris rationum etiam potest haberi praesumptio pro debitore vel contra illum. 487. ubi vide discrimen inter librum creditoris, & debitoris. 487  
 Si res locata vendita esset, & emptori facta trina solutio, praesumeretur etiam facta solutiones venditori, nisi contrarium probet. 488  
 Probabilius est, Conductorem fieri dominum fructuum perceptorum, etiam si non solverit pensionem, quod & praxis observat. 490  
 Ob sterilitatem supervenientem non liberatur Conductor, spectato jure naturae, a pensionibus solvendis, quia censetur casus fortuitos in se recepisse, si taxatio est facta secundum estimationem periculi casuum. Quodsi pacto expresso in se recepit casus fortuitos, probabiliter solam extenditur ad casus non penitus in solitis. 493. 494  
 Si nulli fructus a conductore colligi possunt ob sterilitatem omnimodam absque conductoris culpa, liberatur conductor a pensione solvenda. 495  
 Si sterilitas non est quidem omnimoda, est tamen magna, remittendum est de pensione cum proportione. 496  
 Si modica est sterilitas, non cogitur aliquid remittere locator. 497  
 Illa autem censetur esse immodica sterilitas, quae tanta est, ut si non remitteretur aliquid de pensione, abstererentur coloni a conductendis fundis: in quo prudentum arbitrio standum est: & praeterea illa assignatur: quando ob paucitatem fructuum, deducto semine & expensis, si solveretur integra pensio, conductor laderetur ultra dimidium justis pretii. 498  
 Tempus computandi est, quando fructus jam sunt in horreo, vel similem locum, celam, stabulum, accepti, & jam plenus eorum usus esse potest. 500  
 Ut pensio liberetur Conductor, non sufficit, quod deductis impensis nulli fructus sint residui, sed requiritur, ut nullos omnino fructus perceperit, adeoque & semina jam autam fecerit. 501  
 Si sterilitatis causa non est insolita: sed saepius accidere consuevit, & quidem circa talem determinatum locum, ejusmodi esse inundatio fluminum tali agro adjacentium, non est necesse, aliquid de pensione remittere. 502  
 Quando sterilitas evenit culpa conductoris, de jure nihil pensionis remittitur. 503  
 Si moraliter certo constaret, sterilitatem esse penam Dei, nihil esset de pensione remittendum. 504  
 Colono partitio nihil penitus remittitur ob sterilitatem. 506  
 Quando intra tempus locationis, praecedentes, *Christ. Hann. de Just. Tom. IV.*

vel subsequente sterilitatem anno, vel annis, sterilitas compensatur fertilitate, etiam si non fuerint anni proximi, nihil de pensione remittitur, & si quid remissum est, facta postmodum compensatione repeti potest in quantum compensatum est. 507  
 Ut censetur fieri compensatio, tanta debet esse ubertas, ut computatis semine, & expensis aliorum annorum, & pensionibus solutis tantum lucrum remanserit conductori, ut addito illo lucro huic sterilitatis anno damnum praesens desinat esse notabile, hoc est, non cogatur conductor ex suo solvere plus, quam dimidiam partem pensionis praesentis. 508  
 Pensio nunquam est augenda, undecumque, & quantumcumque crescat ubertas fructuum. 510 & seqq.  
 Si domus locata propter hostium irruptionem imminenter, incendium, ruinae periculum, lemorum infestationem, &c. desinat esse habitabilis, liberatur conductor pro rata temporis. 513  
 Si conductor domum reliquit, quia jam peste infecta est, liberatur, si vero desinat, ut ad securiorem locum se conferat, quia v. g. civitas infecta est, non liberatur. 514  
 Si conductor in causa est, ut non possit uti domo locata, potest dominus totam pensionem exigere, si nulli alteri locet: si vero locet, tanto minus debet de pensione accipere, a priore conductore. 515  
 Impeditio proventus a locatore potest illud impedire, & non impediendo, vel potest monere conductorem & non monente, tenetur locator non solum ad remittendam pensionem, sed etiam ad interesse. 517  
 Probabile est, quod sicut venditor, ita & locator non tenetur de damno extrinseco, nisi conductor esset mercator. 518  
 Conductor, per se loquendo, & nisi vel expressis vel tacite aliud inter eos convenisset, tenetur solum ad culpam levem, h. e. illam diligentiam praestandam, quam solent committere partes familiae non incuti in suis rebus adhibere. 520. Et seqq. ubi vide varia exempla culpae levis.  
 Quando in domo locata ortum est incendium ab inhabitantibus, sed nescitur cuius culpa, non potest universaliter praesumptio Juris esse pro conductore, & incendium numerari inter casus fortuitos, nec etiam contra illum, quasi culpam commississet, sed pendet ex variis circumstantiis, quid sit praesumendum. 525. & seqq.  
 Quando DD. communiter dicunt, praesumi culpam levissimam solum, intelligi volunt de culpa, quae in omittendo vel negligendo consistit, non quae in committendo vel faciundo, adeoque ex tali culpa non posse puniri.

Ccc 2

Alphabetica.

niri, aut ad reparationem condemnari. 528  
 Ad condemnandū requiritur, ut probetur culpa alicujus certæ & determinatæ personæ, nisi Incola esset male fidei possessor. 529  
 Culpa probanda est saltem conjecturis & inditiis, iudicis arbitrio. Si unicus inhabitat, capi potest, & inquiri, sed non condemnari. eod.  
 Culpa lata & levis præsumitur, si actor doceat, Iniquum in loco incongruo & periculo ignem excitasse. 530  
 Conductor potest à locatore expelli ante finitum tempus ex 4. causis. Prima est, si debito tempore pensionem non solvat. 531  
 Et hoc verum est, etiam si conventum esset, ut nec ante tempus expelli posset, nec conductor sponte recedere, adjectâ penâ. 532  
 Iure Castreño non requiritur biennium. 534  
 De iure Canonico videtur requiri biennium. 535  
 Secunda causa expellendi legitime, est necessitas post factam locacionem Locatori superveniens, nec prævisa, inhabitandi domum locatam. 536  
 Si quis plures haberet domos locatas, in tali necessitate posset expellere quem mallet, nisi ex æquitate potius expellendus esset unus præ alio, ob pensionem non solutam. 537  
 Quod si pactum adjectum esset, de non expellendo, non videtur ex hac causa expelli posse. 538  
 Extendenda est hæc causa etiam ad prædia rusticæ locata. 539  
 Tertia causa est, necessitas reficiendi ædes locatas, quæ refectio cum ad locatorem spectet, potest quandoque non perfici nisi emigrante conductore. eod.  
 Quarta causa est, abusus rei conductæ. 540  
 Si conductoris perversa conversatio in ædibus est ejusmodi, ut nec deceat, nec liceat conductorem tolerare, potest totam pensionem exigere, si non potest commode habere aliam, qui absque tali abusu velit conducere. Si non infert talem necessitatem, sed posset tolerari bonâ conscientiâ, & posset conveniri conductor ratione damni, non poterit exigere nisi pro rata temporis. 541  
 Expulsio ex dictis causis fieri posset, etiam si ad eorum contractus securitatem res locata hypothecæ subiecta esset. 542  
 Non potest tamen locator propriâ auctoritate expellere conductorem. 543  
 Varii sunt casus & exempla in Iure comprehensa, quibus locator culpam præstare tenetur, aut damnum etiam sine culpa datum, qui referuntur à n. 544.  
 In faciendis expensis in rem locatam, loci consuetudo observanda est, secundum quam censetur contractus celebratus. 548  
 Locator tenetur facere illas expensas, quæ ad

perpetuam rei locatæ utilitatem conservandam sunt necessaria. 549  
 Ad locatorem etiam spectant illæ expensæ, quæ necessariae sunt, ad hoc, ut re locatâ conductor utiliter frui possit, ut est refectio adu, purgatio cloacæ, &c. quales si conductor fecit, potest eas repetere, vel in pensionem computare. 550  
 Idem dicendum de expensis utilibus à conductore factis cum tacito consensu locatoris, etiâ casu quo culpa suâ ante finitum tempus expelleretur. 551  
 Si sine consensu fecit, potest eas auferre, si fieri potest sine detrimento rei locatæ: nisi conventum esset, ut conductor curaret perfici, etiam si non esset expressum, cujus expensis. 552  
 Ob expensas à locatore restituendas, potest Conductor rem locatam retinere, quousque solvantur. 553  
 In Prædium Urbanum locatum & ædes quæcumque sunt inducæ, sunt tacite hypothecata. Si verò rusticum sit, ea solum, quæ sciente locatore sunt in vecta. 554. de quo tamen iterum infra n. 575  
 Hoc tamen restringitur ad res eo animo illatas, ut stabiliter ibi ferventur: neque tamen cessant esse obligatæ, si, postquam tali animo sunt illatæ, postmodum animo mutato auferantur. 556  
 Res aliena illata tunc solum est oppignorata, quando dominus in fraudem locatoris permisisset res suas inferri, quasi essent conductoris, ut pensio non urgeretur. 557  
 Inspecito Iure, etiam libri studiorum causâ illati, imò & opificum instrumenta, non subfunt obligationi, sed in hoc consuetudo attendenda. 558  
 Elapso tempore, si locator non urgeat, & conductor persistat, an censetur tacito consensu contractus renovatus, distinguendum est inter prædium urbanum & rusticum. Si sit urbanum, vel domus, non ultra censetur protrahatur, quam donec alteruter velit recedere. Si rusticum, censetur protrahatur ad integrum annum, sed non ultra. 559.  
 560. ubi vide Corollaria.  
 Prorogata locacione per tacitum consensum etiam pignora manent obligata. 560  
 Quando finita locacione res iterum elocanda est, conductor respectu rei privatæ non habet jus prælationis, etiam si majus pretium offerat, sed dominus potest, cui voluerit elocare. 561  
 Habet tamen jus prælationis in prædiis communibus aut Fiscis, dummodo idem pretium quod alius offert, solvere velit. 562  
 Qui conducti operarii non amplius vel uti operari, per se loquendo tenentur ad totam mercedem, si per operarium non stetit, nec al-

Synopsis

teri operam locavit. 564  
 Si famulus ante lapsum integri temporis ad quod conductus est, discedat, jure nature spectato solvendi est merces pro tempore præterito: si tamē sine causa recessisset, teneretur redire ad dominum, alioqui teneretur domino ad interesse. 566. ubi quid Iure Bavarico.  
 Si famulus ad notabile tempus aegrotavit, non habet jus exigendi totam mercedem, nisi famulus consisteret in talibus obsequiis, ut posset neglectus intra reliquum tempus compensari, & compensaretur extraordinario labore. 567  
 Quamvis Dominus non teneatur ad expensas pro cura famuli, si tamen illas facit, nec aliud monet, censetur donare. 569  
 Non tenetur famulus tempus morbi compensare extendendo famulatum. eod.  
 Locatori competit actio Locati ejusque hæredi adversus conductorem, ejusque hæredem, ad hoc maxime tendens, ut merces unâ cum usufructu post mortem, solvatur. Eadem petit sibi rem locatam restitui, quamvis ad hoc competat etiam rei vindicatio. Denique, ut res locata deterior facta reficiatur, & omnia damna ex levi culpa illata refundantur: & etiam, si cum damno locatoris à contractu recederet. 570  
 Iure Bavarico constitutum est, ut conductor ob culpam conventus, debeat se purgare vel per testes, vel his deficientibus, per juramentum, de quo plura. 573  
 Conductor si rem domino recuperare volenti non restituerit, sed litem ulque ad definitivam sententiam expectaverit, non solum rem locatam, sed etiam æstimationem ejus præbere compellitur. 573  
 Locatori fundi Rustici, competit actio Serviana, & Locatori prædii Urbani Quasi Serviana, de quibus vide. Serviana actio.  
 Conductor datur actio Conducti, ad hoc principaliter, ut re conductâ uti frui licere præstet, aut interesse solvat. Item, ut domum locis necessariis reficiat, vel mercedem pro rata temporis remittat, quo non potest conductor ædibus commode uti: item ut damna ex rei locatæ vitio refundat: item ut ob rei locatæ interitum, sterilitatem, &c. mercedem proportionaliter remittat, impenfas solvat, &c. omnia cum limitationibus supra positis, cum ageretur de obligationibus Locatoris. 578

Ludus.

Est contractus innominatus, quo Victori certaminis, res ab utroque exposita tribuitur. 1068. ubi referuntur conditiones ad Iusticiam acquisitæ. Itaque

bet habere vel dominium, vel liberam dispositionem & administrationem illius reijam ludo & fortunæ exponit. 1069  
 Si ludo licitus, victori tenetur victus de evicione rei exponit. 1070  
 Si expensæ rem usum consumpibilem alienam sunt unde compenset, lucrans nihil tenetur restituere, si nescivit esse alienam: si non habet, tenetur de evicione, si lucrans non vitit si fecit, ludus non valebat. 1072  
 Si lus non habens unde ludat, furetur collusio & lucratur, potest lucrum retinere, restitutum futo, si haberet unde restitueret etiam heredita ablata. 1073  
 Is qui rem alium compulsi ad ludendum, tenetur lucrum restituere, non item qui metum passus est. 1074  
 Ideddicendum de inducente per dolum. 1075  
 Et proprius nocet erranti, nec alter tenetur monere de errore. 1077  
 Infectio chartæ per alterius injuriam non est fraus illicita, bene tamen si de industria. eod.  
 Quob fraudes commissas debet v. g. 10. deinde eodem ludo perdat eisdem, debet nihilominus solvere. 1078  
 Na valet ludus, si unus fecit se longe melius callere ludum, & moraliter certus sit de ludo, etiam si non simulat se æqualem. 1079  
 Quod si alter fecit se inferiorem, & tamen vult ludere, præsumitur, animus donandi. 1080  
 Non tenetur lucrum restituere is qui lucratur ludo privilegiato, hoc est, ut beneficio legis possit quis non solvere, aut repetere solum: etiam si à principio habuisset occultum animum non solvendi, & etiam si alter habuisset animum solvendi & non repetendi. 1081  
 Prohibetur in Iure ludus aleorum, & Iustus in certis locis. 1083  
 Iure Bavarico accuratius de ludo varia statuuntur. 1084

M.

Mandati Contractus.

Est contractus Iuris gentium, nominatus, bonæ fidei, nudo consensu initus, quo negotium aliquod gratis efficiendum voluntarie suscipienti committitur, expressè, vel tacite. 655  
 Dicitur Contractus bonæ fidei, non quasi possit fines mandati Mandatarius excedere, sed hæc ratione, quod Mandator & Mandatarius aliqua invicem ex æquo & bono præstare debeant, etiam si eorum non fuerit expressa mentio facta. 657  
 Non

Non vitiat contractum Mandati, suscipiatur spe alicujus remunerationis, et si animo constitutum esset, non recipere nulla remuneratione sequeretur. 660

Quod si honorarium promitteretur et obligatione lustrata, esset potius contractus in nominatus do, ut facias. nec honorarium peti posset actione Mandati, sed scriptis verbis. 661

Dividitur Mandatum 1. in Expressum Tacitum, quo scilicet quis sciens prae se patitur rem suam ab alio geri. Quod tam non habet locum in re turpi. 665

Dividitur 2. in generale, & speciale. Id est, quando quis committit omnia negotia, vel bona administranda. Hoc vo est, cum datur mandatum ad certam rem, vel negotium in specie. 666

Generale subdividitur in generale cum clausula, cum libera, & sine hac clausula. 667

Mandatarius extra judicialis potest loco Praetoris substitui, nisi specialiter prohibeatur, aut negotii gravitas obstat: Judicialis hoc non potest. Judicialis enim per litem concessionem fit dominus litis, ita ut omnes actus judiciales in ipso dirigantur de jure communi, & tripsum feratur sententia. consuetudo tamen habet, ut exceptis causis in familiam interrogatis, dominus condemnatur. 668

In Mandato constituto deo species cono possunt, quas vide, n. 669

Quando in alieni, seu tertii utilitatem mandatum fit, illi ex tunc non acquiritur obligatio. 670

Quando in solius mandatarii utilitatem tendit mandatum, non nascitur actio mandati quia tunc mandans agit potius consiliarium, qui non obligatur. eod. ubi vide exemplum. 671

Quod si dolo consilium in mandatum datum esset, reneatur actione de dolo. 672

Verius est Mandatarium semper levissimam culpam esse praestandam, quando solus mandantis utilitatem spectat. 673

Mandatarius obligatur Mandanti, ut tempore congruo integre & bona fide mandatum exequetur, & illi restituat, si quod emolumentum vi executionis mandati ad eum pervenit, & ut perveniret, per mandatum factum in consequentiam intendebatur item si quid residuum est ex datis ad mandatum exequentium. 674

Si interest Mandatoris mandatum fuisse datum executioni secundum tenorem & formam praestipiam ac bonam fidem, & mandataris negligat, nec renunciet, si possit, condemnatur in id quod interest, si non interest, cessat mandati obligatio. 675

Debet etiam rationem reddere negotii gesti,

& non solum restituere, quae ad eum per causam mandati pervenerunt, sed etiam, si per errorem vel injuriam iudicis indebitum per causam mandati consecutus est, id quod restituitur tenetur, item & actiones quas ius mandatori reddere. 678

Mandatario competit actio mandati contraria ad versus Mandatorem, quae consequitur ea, quae sunt ei necessaria ad mandati executionem, item ad refundendum quod expendit ex propriis, vel dampnum quod passus est: item ut Mandator suscipiat in obligationem, quam procuratoris nomine contraxit, sive impletum sit mandatum, sive pro impleto habeatur. 679

Mandator tenetur debita ex mandato contracta in se recipere, & mandatarium liberare, vel certe illi cavere de incivili conservando, quo casu tenetur mandataris vicissim cedere actiones. 680

Mandator tenetur etiam praestare castum fortuitum, qui aliquo modo poterat timeri. 681

Mandataris fines mandati nec excedere debet, nec deficere, alioquin actione mandati conventi potest. 682. ubi exemplum.

Satis tacitum mandatum, si iustus rem vendere non taxato pretio, vendat minimo, & si emerit, emat summo. Item satis facit, si vendat carius, quam sit iustus, quam vis lucrum cedat mandanti, nisi aliud expresserit. 683

Si carius emat, quam iustus est, consequitur actioe mandati contraria pretium a mandante taxatum. 684

Neque utili negotiorum gestorum actione excessum consequitur. 685

Non licet Mandatario aliud pro alio facere, etiam si putet magis commodum futurum mandanti. 686. ubi exemplum.

Negotio mandato consentitur etiam mandata illa, quae communiter tali negotio annexa sunt. 687

Mandataris seu Procurator ad lites, non potest alteri demandare, bene tamen ad negotia. 688

Prohibentur mandatum dare, vel accipere conducendi res aliorum, Milites, Curiales, Clerici, Monachi. Si tamen Clerici contraveniant, non videntur eorum actus irritari iure Canonico. 689

Non censetur esse idoneus procurator ad litem, qui Reipublicae causa abliturus est, aut morbo perpetuo tenetur, ut propriis rebus praesente non possit: aut, qui Magistratum gesturus est, aut invitum iudicium pati non potest. 690

Reus criminis non permittitur esse defensor, priusquam crimen purget. eod.

Filius familias potest dare vel accipere mandatum solvenda pro alio, si habet bona, in quibus

bus pater vsum fructum non habet. 691

Filius solvens debitum patris ex mandato patris, potest solum actione contraria consequi. 692

Non potest mulier valide mandare alteri, ut pro alio sive iubeat. 693. ubi vide distinctionem.

Is, cuius bona sunt publicata, & sisco ad iudicata, potest alteri mandare, ut illa bona emat. 694

### Mandatum speciale requirentia.

Restitutio in integrum meo nomine petenda a Mandatario habente generale mandatum, requirit mandatum speciale. 695

Non est tamen necesse, inseri specificam causam, ob quam petitur restitutio, sed sufficit, procuratoris instrumento inseri clausulam: & ad procurandam in integrum restitutionem, constitutus est talis procurator. 696

Administratores tamen alieni patrimonii non indigent speciali mandato. eod.

Speciale mandatum requiritur ad accusandum in causa famae. eod.

Speciale mandatum requiritur ad contrahendum nomine principalis matrimonium, sicut & sponsalia. 697

Speciale mandatum requiritur ad remittendum Ius Pignoris, aut Hypotheca. eod.

Speciale mandatum requiritur ad obtinendum Interdictum de liberis exhibendis. eod.

Item, ad imperandas litteras Apostolicas ad lites. 698

Item ad alienandas res mandantis. eod.

Item ad transigendum & liberandum adversarium. eod.

Item ad deferendum, vel praestandum iuramentum in eo qui non est administrator omnium bonorum. 699

### Mandatum cum Libera.

Mandato generali quandoque additur clausula: cum Libera. h. e. cum plena potestate. ac si nominatum omnium negotiorum mandatum datum esset. Talis Mandataris praeter administrationem potest omnia, quae verosimiliter ipse dominus facturus esset: adeoque alienare, exigere res alienum, novare, solvere, &c. 700

Extendit se etiam huiusmodi mandatum ad omnia, quae caeteroquin speciale mandatum requirunt. 701

Non procedit tamen in illis, quae mandataris dolo aut mala fide ageret: nec etiam illi licet donare, nisi rationabiliter iudicaret.

dominum donaturum. 705

Sixali solveretur Indebitum, posset solvens repetere. 704

### Mandati extinctio.

Revocatio mandati fit efficax ad impediendam actionem mandati contrariam in mandatario, debet fieri re adhuc integra, sine praedictio mandatarii. Nec sufficeret revocatio per se, sed debet innoscere mandatario, alioquin adus valet. Exceptio matrimonio per procuratorem contracto, quod non valeret, si consensus revocatus esset. 705

Revendita, si ante traditionem superveniat revocatio, non impedit, quominus traditio subsequens recte fiat. 706

Revocatio esset efficax, etiam si juratum esset de non revocando. 707

In procuratore ad lites, non sufficit innotuisse revocationem, sed insuper necesse est, ut innotescat etiam adversario & iudici. 708

Mandatum susceptum est consummandum, aut quamprimum renuntiandum, ut mandans per seipsum aut per alium eandem rem exequetur. eod.

Nec potest mandataris semel susceptum mandatum ad libitum, & sine causa impossibilitatis moraliter executionem renuntiare. 709

Potest intemptive renuntiare ob supervenientem adversam valetudinem, inimicitias, infamationem, exilium. &c. eod.

Solvitur mandatum morte alterutrius superveniente, per se loquendo & plerumque. 710

Si mortem mandantis probabilis ignorantia ignoret mandataris, & postea negotium exequetur bona fide, perinde est, ac si vivo mandante fuisset executus. eod.

Si mandatum in tempore mortis factum est, non solvitur morte, si herodum interstit non solvi. eod.

Officium Inquisitorum, quamvis sit a Romano Pontifice demandatum, non extinguitur obitu Pontificis. 711

Neque officium Legati a lateranensi ad aliquam provinciam. 712

Quando morte mandantis vel mandatarii executio plena mandati intercidit, pro ea parte quae executioni mandata jam est, mandati actio perdat. eod.

Finitur mandatum etiam furore superveniente mandanti re adhuc integra. 713

Alphabetica.

*Matrimonium.*

Non valet, si per procuratorem contraheretur postquam consensus mandantis revocatus esset, etiam ignaro procuratore, qui potius est Interpunitus quam Mandatarius. 705

*Monopolium.*

Monopolium est venditio que fit ab uno solo in Civitate vel Provincia: quod tamen possunt plures per modum unius instituire, ut illi soli certam mercem vendant, quod tamen privata auctoritate non permittitur, bene tamen auctoritate publica in bonum Reipublice & Communitatis. 275

Possunt Monopolia conspirare, ut nemo eorum vendat nisi pretio summo. 276

Neque est contra Iustitiam, emere tempore opportuno merces certae speciei in maxima quantitate, pretio vili tunc currente, ut inde cogantur alii emere pretio maiore, ob defectum mercis ab aliis comparabilis. 278

*Mora.*

Mora potest committi antequam perveniat ad Iudicem, in re commodata, si elapso tempore monitus Commodatarius non restituat, nec habeat causas relevantes. 75

Potest perveniri ad Iudicem, quin aliqua mora praecesserit, si tempus interpellat: & hodie non iure non est amplius necesse interpellari debitorem priusquam ad Iudicem eatur. 1069

*Morbis.*

Iurista faciunt discrimen inter Morbum & Vitium rei venditae. aliqui vitium dicunt esse nomen generale, morbum specificum, h. e. similitudinem que usum adimat, ut caritas. Vitium vero est balburies. Alii distinguunt, quod vitium sit perpetuum, morbus accessus & recessus variatur. 269

**N.**

*Negotiatio.*

Negotiari dicuntur Mercatores qui rem emptam immutatam iterum vendunt. & hi dicuntur a Canonibus eijci de templo Dei, hoc est, esse indigni Clericatu. 280. ubi

referuntur poena Clericis negotiantibus constituta.

Vnus alterque adus a Clerico exercitus, non est peccatum morale. 281

Prohibitio negotiationis extenditur etiam ad Clericos habentes beneficium sufficientes ad sustentationem, etiam si necdum sint in Sacris constituti. 282

Non est Clericis prohibitum emere pecora, quae deinde in suis pascuis saginata vendant. 283

In Religione Societatis Iesu quaedam prohibentur, quae speciem Negotiationis praesferunt. 284

Non est contra Canones, quod Clericus alteri committat pecunias ad negotiandum, ut ipse nihil impediatur a suo ministerio, & scandalum absit: non debet tamen hoc fieri absque urgente causa. ex qua Clericis & Religiosis negotiatio est licita. 285. ubi vide exempla.

*Negotiorum Gestio.*

Est Quasi Contractus, quo quis alterius negotium ad rem familiarem pertinens sine mandato gerendum suscipit. 1104

Non requiritur ignorantia in eo cuius negotium geritur. 1105

Si superveniat Ratihabitio, convenit etiam ad id mandati, & non tantum negotiorum gestorum. 1106

Potest esse necessarius, urgente necessitate vel necessitate suspitione. 1107. ubi referuntur casus.

Debet negotiorum gestor habere opinionem, se alterius negotii gerere, animumque eum sibi obligandi. 1108

Non obstat tamen si errasset in persona. 1109

Ex hoc Contractu nascitur duplex actio. Directa, qua petitur a negotiorum gestore, ut administrationis rationem reddat, & si quid ad eum pervenit, ex aequo & bono praestet, damnum culpa datum restituat. Contraria petit negotiorum gestor ut indemnus fervetur. 1110

Competit hac actio, etiam si casu fortuito omnis utilitas eversa est. 1111. ubi vide exceptionem pupilli.

Non competit, si alteri a parte rei non est grata negotiorum gestio, & hoc possit probari. 1112

Qui gerit unum negotium alterius, non potest cogi ad caetera quoque gerenda, quae ad illud non spectant. 1113

Si plures administrant diversa bona ejusdem, v. g. haereditaria, & unus har non solvendo, periculum est haereditis. 1114

Iur.

Alphabetica.

Iura de quibusdam personis praesumunt, quod noluerint sibi obligare illos, quorum negotia gesserunt. 1115. ubi vide praesumptiones.

Quoad culpam ad quam tenetur negotiorum gestor, distinguendum est. Si negotia alterius fuerunt ita deserta, ut praeter me nemo alius gessisset, tenebor solum de culpa lata. Si alius gessisset, & summam diligentiam adhibuisset, tenebor de culpa levissima, scilicet solum de levi. 1116

Casus fortuitus ex legis dispositione in quibusdam casibus ad gestorem spectat. 1117. ubi recensentur.

*Nomina.*

Nomina vocantur a Iuristis actiones illae, quae alicui competunt ad petendam ab altero solutionem debiti: dicuntur etiam Credita, vel Debita, Chirographa. 98

*Nummularii.*

Sunt illi, qui negotiantium in Nundinis recipiunt pecunias quasi in Custodiam, nec tamen sunt proprie Depositarii, cum eorum periculo sit pecunia deposita. 420

Peccant graviter, si pecuniam depositam ad suas negotiationes exponant cum propinquo periculo non habendi suo tempore quando a deponentibus exigerentur. 421

Quando ex pecuniis depositis lucrantur, non tenentur Deponentes ad aliud salarium. 422 ubi vide limitationem.

Non potest deponens in commodum Nummularii aliquid ad hoc ex Iustitia exigere praesens ex hoc titulo; bene tamen acceptare quod gratitudinis titulo offertur. 423

**P.**

*Patronatus.*

Ius patronatus non hypothecatur hypothecato praedio. 903

*Permutatio.*

Est Contractus Iuris gentium, Inominatus, Bonae fidei, & re periclitatur, dum unus aliquid dat, ut aliud accipiat. 1059

Non distinguitur a Contractu: *Do ut des.* 1060

Non potest, sicut Venditio, celebrari traditione rei alienae. 1061

Illi qui ex sua parte implevit, datur actio Praescriptis verbis, vel si malit, Condictio ex capite poenitentiae. 1062

Ius poenitentiae transmittitur ad haeredes. 1064

*Pignus.*

Pignoris obligatio in aliquo casu facilius dissolvitur quam Contractus emptionis, nempe, quia etiam absque retrotraditione potest nudo pacto dissolvi. 1065

Christ. Flam. de Iust. Tom. IV.

Pignus retineri potest non solum pro pecunia, pro qua acceptum, sed etiam pro alio debito quocunque. 871

Pignus sumptum pro objecto contractus, & ut praesens ab hypotheca, & pignore specifico sumpto, est: Res subiecta obligative pro debito, ut nisi impleatur, inde satisfiat. Contractus vero est, quo aliquid creditor in debiti solutionem obligatur, ut inde satisfiat, si aliter non sit satisfactum. 867

Nomine Pignoris in stricta acceptio non venit Hypotheca, nec ad hanc extendetur statutum de Pignore. 868

Differt Pignus specificum ab Hypotheca, quod, etsi possit utrumque constitui tam in re mobili, quam immobili, Pignus traditione perficitur, Hypotheca sola conventionem. 869. ubi vide Casum.

Pignus praesens sumptum aliud est Conventionaliale, aliud Pratorium, aliud Iudiciale. Pratorium est, quod Iudicis edicto ante sententiam definitivam in poenam contumaciae constituitur per missionem in possessionem debitoris contumacis, qua non acquirit possessionem, sed solum detentionem. Iudiciale est, quod constituitur Pratoris decreto per immissionem, qua creditor acquirit possessionem qualem acquirit per Conventionalem. 873

Res aliena in scio domino aut non ratum habente, oppignorari non potest: si tamen ratum habuerit, valet pignus, & retrahitur ad tempus oppignoracionis factae, salvo jure tertii, cui ante illam ratihabitationem eadem res esset oppignorata ab ipso domino, qui praefertur posteriori. 883

Quando non approbante domino, & in scio creditore res aliena obligata fuit, competit creditori actio pignoratitia contraria adversus debitorem, ut rem aliam aequae bonam oppignoret. 884

Si debitor postmodum fiat dominus rei alienae oppignorate, competit creditori eadem actio in rem illam. 885

Non habet creditor actionem adversus dominum, etiam si haeres debitoris existeret. Posset tamen creditor actione personali uti agere, ut haeres pignus approbet. 886

Qui spem habet re consequenda, potest illam oppignorare sub conditione, si tam acquiesciverit. 887

Potest Creditor rem sibi oppignoratam alteri suo creditori oppignorare ratione juris realis, quod in tali re habet. 888

Si consentiente primo debitore & pignoris domino, creditor pignus obligavit alteri pro pecunia sibi credenda, & a primo debitore debita, tunc, etiam si dominus pignoris solvar debitorum, adhuc perdurat pignus apud secundum creditorem. Potest tamen dominus

D d d

rus